



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 7. De fautoribus hæreticorum impredientibus, & vsurpantibus sanctae
inquisitionis officium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

§. V.

De reo adorante dæmonem seu de lamiis, vulgò *Brujas*.

1. Qui adorat dæmonem, præter bonorum confiscationem, alias penas incurrit.
2. Ad horum capturam liquidiores probationes, quàm in aliis delictis requiruntur.
3. Si ipsi rei se detulerint, ad reconciliationem secretam admittuntur.
4. Quando absolutio ad cautelam, & abiuratio commissariis remittitur.

1. Si exhibeat cultum dæmoni, ex affectu illum reverendi sibi que intellectus errore, est hereticus non sit, quia tamen est verus idololatra, inquit præter bonorum publicationem, alias penas adversus hereticos latas, & extrauag. Ioann. XXII, quæ incipit, *Super illius specula*, quamque ad verbum refert Pegna *direct. inquisit. 2. p. q. 43 post n. 9.* esto aliqui dicant ylu non esse receptam. Quod si reveretur dæmonem ex metu vel avaritia, vel ex alio affectu, supradictam penam excommunicationis non incurrit, quia non est verus idololatra. Sanch. *lib. 2. in Decal. cap. 7. num. 10.*

2. Ad horum capturam grauius indicia, & probationes liquidiores, & clariores quàm in aliis delictis requiruntur ob periculum falsitatis, quod experientia teste compertum est. Quapropter ex depositione præcisa complicum, qui de aliquo testantur ad fuisse in conuentu, & congregatione lamiarum adorantium dæmonem, ibique adorasse, non capitur reus, quia sæpe per illusionem dæmonis, aliqui probare virtutis in hoc conuentu apparere videntur, cum tamen verè non appareant. Item sæpe existimant lamiis corporaliter apparere, cum solum in representatione adsint sic Farin. *q. 185. n. 15. 2. sine. & q. 188. n. 76. vers. si modo si ex deposit.* Quapropter nisi cum illorum depositione cõter simul de aliquo actu exteriori v.g. de nece alius hominis, vel aliquorũ animalium, vel apud testificatum appareant aliqua vnguenta, & animalia immunda, nempe bufones, & angues ex quibus vehemens præsumptio delicti oritur, nunquã capti traditur, iuxta quandam Madrilianam instructionem, quæ est 15. & 20. circa lamiis, editam anno 1612. occasione cuiusdam actus publici Logronensis civitate celebrati, in quo plures condemnati sunt, & postea compertum fuit plures fallacias in condemnatione ad fuisse, ob quas bona eorum, qui ibidem damnati sunt, fisco addicta non fuerunt neque eorum lententiæ Ecclesiæ fuerunt affixæ, & insuper reconciliati, declarati fuerunt habiles cuiilibet Inquisitionis officio.

3. Si huiusmodi lamæ seipsas detulerint, & falsæ fuerint dæmonem adorasse, illique credidisse, & à nostra fide verè & ex animo apostatasse, ad reconciliationem admittuntur secretam, iuxta practicam inquisitionis Hispaniæ, neque eorum bona confiscantur, neque habitus poenitentialis eis imponitur. habetur in instructione Madriliana 14. edita anno 1613. Quod si hæc post hanc abiurationem relabantur, est de rigore iuris tanquam relapsæ brachio seculari tradendæ essent, nihilominus in Hispania, iuxta instructionem supradictam, & aliis inquisitioni Logronensi remissas ad reconciliationem admittuntur bis, & ter. Si autem hi delinquentes in minori ætate, v.g. ante 12. vel 14. annorum deliquerint, solum ad cautelam absoluntur, esto in aliis delictis, si fuerint doli capaces absolutio absolute concedatur, iuxta supradictam instructionem.

4. Verum si hi delinquentes, & spontaneè confitentis fateantur tantum ad fuisse in conuentu, & congregatione lamiarum adorantium dæmonem, abique apostasia à fide, tunc absolutio ad cautelam, & abiuratio commissariis remitti solet.

§. VI.

De Iudæis, Mauris, aliisque infidelibus non baptizatis.

1. Si nostram fidem, & religionem directè offendant, iudicibus fidei traduntur puniendi.
2. Idem est, si contra nostram fidem, & suam delinquant.
3. Qui communitè reputatur baptizatus, & adversus nostram fidem delinquit, punitur.
4. Ab Inquisitore simul cum ordinario puniendi sunt.

1. Aliqui videri possent hos nequaquam à iudicibus fidei puniri posse, quia sunt extra Ecclesiam: quod quidem solum verum est, quando adversus suam legem, & non specialiter adversus nostram delinquit. At cum sæpe nostram religionem offendant, iudicibus fidei ad quos pertinet illam custodire immaculatam, & à quibuslibet contrariis defendere subiecti sunt, ob hanc rationem colligitur hæc potestas, ex c. *contra Christianos de heret. in 6.* & ex extrauag. Greg. XI. incipiente, *Admodũ dolèter audimus*, & ex cõstitutione Greg. XIII. edita an. 1581. incipiente,

Antiqua Iudæorum improbitas, quæ referuntur à Pegna inter literas Apostolicas, in *sine direct.* Quocirca si aliquis Iudæus, non baptizatus violat Ecclesiæ sacramenta contemnit, & tridet, blasphemias in Christum iectat, pro qualitate criminis puniri debet. Item si persuadet Christianos, ut fidem abneget, & abnegantes recipit, & abscondit, fauorèque præstat hereticis, ne ab Inquisitoribus capiantur, tanquam fautores hereticorum puniendus est, poena scilicet arbitraria, fustigationis tritemis caulis, pecunia, necnon & alia atrociori, prout, Inquisitoribus visum fuerit, etiam vsque ad relaxationem: sic habetur expressè in supradictis decretis, & tradit Hippolyte. *Riminald. conf. crim. dicer. 83. n. 4. lib. 2. Campegi. in addit. ad Zanch. tr. de heret. q. 9. n. 11. Rojas. tr. de heret. 1. p. n. 557. & seg. Farin. q. 178. §. 6. n. 143. Eymet. direct. 2. p. q. 46 per totam.* & ibi Pegna *com. 71. & com. 69. vers. tertium est.* & segg. Azor. *instit. moral. 1. p. lib. 8. c. 12. rubr. de obstinata Iudæorum perfidia*, q. 12. & alij apud ipsos.

2. Maior difficultas est, si Iudæus, & paganus in his, quæ sunt nostræ, & suæ fidei communia delinquit, an tunc, ab Inquisitoribus puniri possit? v.g. si neget Deum esse, da mones adoret, inuocet, & sacrificia eis offerat, qua in re, est aliqui contrarium asserturam, omnino dicendum est ab Inquisitoribus puniri posse, neque de hac re licet existeret cum expresse decessum sit e Greg. X. in dicta constitutione, incipiente, *Antiqua Iudæorum improbitas*, ubi recentior casus, in quibus Inquisitores pollunt adversus Iudæos, aliosque infideles procedere. Et primo loco puniuntur, de quo agimus per hæc verba: Si quis Iudæus, aut infidelis in his, quæ circa fidem cum illis nobis sunt cõmunia veluti, Deum, vnum, æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & invisibilium, & similia non esse asseruerit, predicauerit, vel privatim alicui insinauerit, Inquisitoribus hæreticæ præteritis iudicio subiacet, &c. Et ita notant referentes supradictam constitutionem, Pegna *2. p. direct. q. 46. com. 71. post princ. Farin. q. 178. n. 146. Azor. 1. p. lib. 8. c. 12. q. 12. Didac. Canter. in suis q. crim. rubr. de her. c. 1. n. 72.* Ratio est, quia sic delinquendo nostram fidem oppugnant, & offendunt. Competit ergo iudicibus fidei eam defendere, & offensionem punire, & media offensionum punitione auctantiam aliorum repinent. Debet autem hæc delicta in præsentia Christianorum fieri, ut sic censentur malo suo exemplo Christianos mouere, aliis non videntur esse specialis offensio, & oppugnatio nostram quam existeret defensionem sic Pegna *direct. com. 71. vers. si ergo in sine.* Omitto plures textus, & canonnes, quibus hæc doctrina impugnari potest; quia illis semel satisfacit plene Eymet. *direct. q. 46.* De forma autem abiurationis hos errores, vide Pegnam *suprad. com. 71. in sine.*

3. Rursum coningere potest aliquid baptizatum non esse, in communi hominum æstimatione sic reputari, quia inter Christianos nutritus est, qui quidem si adversus nostram fidem delinquit, est hæreticus non sit, tanquam hæreticus est puniendus, quia offendit religionem nostram quam exterius saltem professetur: sic Farin. *q. 17. p. n. 135. Simanc. cathol. inst. tit. 31. rubr. de her. n. 5. Azor. 1. p. lib. 8. c. 9. q. 3. vers. si quæras.* Et iuxta hanc doctrinam Cæsaravugus anno 1619. quidam Maurus, qui adversus nostram fidem delinquit, reconciliatus est, etiam si allegaretur baptizatum non esse, in cuius confirmationem in libro suæ parochiæ non fuit inventus scriptus.

4. Denique adverte quoties hi Iudæi, & infideles puniendi sunt, ab Inquisitore simul cum ordinario puniri debent, neque posse vnum sine alio, iuxta Clem. 1. *§. duro de her. sic* & qualiter tract. de fide cathol. c. 46. ad fin. Pegna *2. p. direct. q. 44. com. 59. in medio, vers. illud hic non est omittendum* Farin. *q. 178. n. 147.*

§. VII.

De fautoribus hæreticorum impediendis & vitantibus S. Inquisitionis officium.

1. Examinari debet, an fautor sit factus hæretico, quia tunc an quatenus amicus, vel consanguineus.
2. Idem est de impediendo officium inquisitionis.
3. Que pena sint iis imposta, & qua ratione contingat sanctum officium impedire.
4. Vsurpans officium inquisitionis ab Inquisitoribus punitur pro qualitate causæ.

1. Exactè inuestigandum est, an fautor præstitus sit hæreticis, quatenus tales sunt, an solum quatenus sunt consanguinei, vel amici: nam in vno casu contrahunt penas fautoribus impostas, videlicet excommunicationem, & alias arbitrio iudicis imponendas, pro qualitate criminis, scilicet peccati, tritemis, fustigationis, & similibus, & de leui arbitrantur. In alio autem casu à supradictis non exculantur, ut latius diximus, cum de his suspèctis in fide heremonem instituitis. Mados cognoscendi, qui fautores hereticorum sunt, & recolligit Farinacius *quæst. 182. num. 10. Pegna direct. 2. p. q. 53. com. 71. vers. secundò, & segg.*

2. Idem

Idem quod dictum est de fautoribus; dicendum est de impedientibus inquisitionis officium; verè enim hæreticorum fautores sunt; & de hæresi suspecti, & grauius delinquent qui bullibet aliis fautoribus, & sic grauius puniendi sunt.

Quapropter ex constitutione Innoc. IV. edita anno 1252. & Clem. IV. edita anno 1267. vtraque incipiente. Ad extirpanda; quæque referunt Pegna, inter litteras Apostolicas, & in direct. 2. p. 57. c. 7. m. 7. Qui hæreticum capere de manibus ministrum eripere ausus fuerit, vel impedierit ne capiatur, vel aliquo modo arrium, consilium, vel fauorem ad liberandum præstiterit, siue id faciat vi, & armis, siue clamoribus, & monitionibus, quibus auctus fugit delinquentis, perpetuo relegatur cum publicatione bonorum. At huic delicto Pius V. in quadam sua constitutione edita anno 1569. incipiente, si de protegendis, præcedentium confirmatoria poenam mortis, & confiscationis bonorum, ac reliquas omnes poenas, quibus rei late malefactoris humanæ afficiuntur, imponit; cuius Bullæ tenorem referunt Pegna inter litteras Apostolicas, illique mentionem facit Farin. de hæresi. q. 182. n. 96. Facit hæc poenam mortis nunquam ob hoc crimen præcisè imponi in aliquo casu raro, & extraordinario, in quo simul cum defensione hæretici occidit, seu grauis alicuius ministri inquisitionis vulneratio coniungeretur: tunc enim sic delinquentis caritæ facultati relaxatur, esto faceret se hæreticum esse, & poenitentiam expulset, & ad reconciliationem admittatur. At idem est qui fingere se esse hæreticum illum capiendum & loco illius se substitueret, vel alium substitueret faceret, se sic hæreticum a potestate inquisitionis libeter; hic enim tanquam fautor hæreticorum, & inquisitionis officij impeditor puniendus est. Ex prædictis autem constitutionibus Innoc. IV. & Clement. IV. qui sic se supportat, carceri perpetuo mancipatur; qui verò alterum submissis publicis bonis omnibus, in perpetuum relegatur, & suspensus si fuit in dolo, mancipatur perpetuo carceri, sic notat Farinac. q. 182. n. 98.

Rarus huic tribunalibus subiectus est reus vsurpans officium Inquisitionis Notarij, aut alterius ministri, qua offendit sanctissimum huius tribunalis iurisdictionem, meritoque ab eius iudicio coerceri debet. Sed qua poena puniatur, non constat. Examinanda enim est diligenter causa vsurpationis: nam si officium vsurpauit, vt ab aliquo petulo, in quod fuit coniectus, libenter, nec alicui nocuit, leuiter est puniendus; reprehensione aliqua verbaliter secretò in tribunalibus facta, & poena aliqua pecuniaria vel exilio per aliquot annos; sic colligitur ex iis, quæ tradit Menoch. de arbit. l. 2. c. 1306. à num. 14. vbi probat falsitatem, quæ nemini nocuit, nec nocere potest, non poena falsi, sed aliqua extraordinaria puniri. At si officium inquisitionis vsurpauit, vt aliquos terret, & concuteret, vel pecunias extorqueret, aut alia crimina præstaret, in actu publico est producendus, ibique legenda est eius sententia, vt aliquoties vidi. Sententia autem fieri esse pecuniaria, fustigationis, & criminis pro qualitate delicti sic docuit Simancas cathol. in sit. tit. 46. col. vlt. & in enchirid. vlt. n. 15. & probat authoritate Iulij Clari l. 5. recept. seu tit. ad leg. Cornel. testamentaria, qui ita scriptum relinquit: Qui in quibus aliorum ordinis vtuntur, in iuriamve conungunt, quo quem terreat, vel concutiant, humiliores capite puniantur honestiores in initium deportantur.

§. VIII.

De reo ducente secundam vxorem viuentem prima.

- 1. Iudicibus facti puniendus, subicitur hic delinquens.
2. Poena huius criminis est arbitraria: in aliquibus partibus avarum de vehementi, in Hispania de leui.
3. Præcedunt tam in viro ducente vxorem, quam in vxore ducente virum.
4. Religiosus duceps vxorem, grauius punitur.

Quod Inquisitores aduersus hos delinquentes procedant, tanquam aduersus hæresis suspectos, & malè de sacramento matrimonij sentientes, nulla est dubitatio, vt testatur Farinac. q. 178. num. 68. & etiam Pegna 2. part. direct. q. 1. c. 6. c. 1. post medium. versic. de eo. Couart. epitom. de sponsalib. 2. p. 7. §. 3. n. 6. versic. suspectos etiam hæreses. Albertin. tractat. de agnoscend. assert. cathol. q. 23. m. 10. Simanc. cathol. in sit. tit. 40. c. 7. in enchirid. tit. 12. n. 6. de nuptiis n. 5. Rojas singul. 98. n. 4. Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. c. n. 37. c. 7. de arbit. lib. 2. c. 142. n. 11. & alij apud ipsos. Quod venit intelligendum, siue secundum matrimonium palam, siue secretò contrahatur, quia hoc non tollit suspicionem, licet ex parte minuat. Simancas cathol. in sit. tit. 40. num. 4. Salzedo in præf. crimin. c. 8. littera B. versic. ne illud Farinac. de delictis carnis. q. 140. numer. 24. Item procedit conclusio, posse scilicet Inquisitores aduersus hos delinquentes procedere, etiam si secundum matrimonium aliàs sit in iudicium, vt quia erat consanguinea, vel religiosa, aut alio impedimento ligata: quia in præfati non tam matrimonium in effectu, quam in affectu puniatur, ex l. eii qui duas, Codic. ad leg. Ferò. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

Juliam, de adulter. aut incestus, Cod. de iniuris nupt. c. nupt. de bigami. & notauit Anton. Gomez leg. 80. Tauri n. 30. Albertin. de agnoscend. assert. cathol. q. 23. m. 10. Farinacius alios referens, q. 140. vbi de delictis carnis, n. 25. Quocirca reus, vt effugiat hoc iudicium, probare tenetur ignoranter processisse quia ignorantia non probatur, ex eo quod nullo tempore conflux prima absens fuerit; quia insuper debet probare certum numerum accepisse de illius abitu, iuxta text. in c. presentia, de sponsalib. vel probare tenetur primum matrimonium nullum fuisse, & quouque hoc probet, Inquisitorum iudicio subditur ob hæresis suspicionem: nullitate autem probata cessat Inquisitor, & succedit Episcopus, qui sic contrahentem debet punire, iuxta textum in c. eum in Apostolica, de sponsalib. eo quod abique declaratione Ecclesiæ nullitatis prioris matrimonij, ausus fuerit secundum contrahere, sic notauit Farinacius de hæresi, quæst. 172. n. 72.

Pœna huius criminis arbitraria est in Italia, aliisque locis abiurant de vehementi, vt testatur Pegna dicto comm. 81. post medium. versic. de eo. Farinac. de hæresi, q. 178. num. 68. sine. At in Hispania de leui tanquam abiurant; & si plebei sint, flagellis caduntur, & quinquennio tritribus addicuntur: si nobiles, aliis poenis pecuniariis, exilioque damnantur. Simancas cathol. in sit. tit. 40. num. 6. & in enchirid. tit. 12. n. 6. Farinac. q. 178. num. 74.

Aduerto tamen si hic delinquentes antequam testificatus sit, se ipsum inquisitoribus detulit, & crimen manifestauit, mitius esse puniendum. Putat sane primò in carceribus secretis recludendum non esse, dum eius causa agitur, sed in aliqua particulari domo, vt Compostellæ obseruatum vidi. Secundo exitiarem, etiam si plebeus sit, flagellis non debere cadere, sed exilium, aliqua poena pecuniaria condemnari. Et idem est dicendum de eo, qui aliqua apparenti ratione ductus de morte prioris coniugis, probat secundum matrimonium contraxisse.

Secundo aduerto supra dicta tam in viro ducente vxorem quam in vxore ducente virum procedere, sic Simanc. cathol. in sit. tit. 40. n. 5. Farin. q. 178. n. 73.

Ad huiusmodi crimen reduci potest, si religiosus siue laicus sit, siue clericus ducat vxorem: punitur enim ab inquisitoribus eadem poena qua binas nuptias contrahens, & grauior ob suspicionem grauiorem Lutheranz hæresis. Canteri quæst. crimin. de hæresi. n. 70. & 71. fol. 431.

§. IX.

De reo non Sacerdote Missam celebrante, aut aliud sacramentum ministrante.

- 1. Hic est de hæresi suspectus.
2. Poena mortis pluribus in locis puniatur, aliis verò, vt in Hispania arbitraria poena.

Hinc de hæresi suspectum, nemini esse potest dubium, ac proinde inquisitorum iurisdictioni subiectum, committit enim crimen falsi in re grauissima, vsurpans officium, & iurisdictionem a se profus alienam, sic Bernard. Diaz præf. crimin. c. 12. n. 3. & ibi Salzedo alios adducens Menoch. de arbit. lib. 2. c. 320. n. 13. & 14. Solum potest esse aliqua dubitatio, si quis ex intentione ludendi, vel irritandi hæc sacramenta ministraret, & talis intentio omnibus adstantibus patet: quia tunc non videtur puniendus, tam vt alienæ, sacræque iurisdictionis vsurpator, quam vt irritor.

Sed qua poena puniendus is sit?

Respondeo poena mortis puniendum esse; ac proinde brachio seculari tradendum, vbi cumque receptæ sint constitutiones Pontificiæ. Nam sic delinquenti poenam mortis esse imponendam statuit Paul. IV. in sua constitutione edita 20. Maij anno 1557. & in alia edita 17. Februarij anno 1559. quarum mentionem facit iudicial. inquisit. rubr. sine ordinibus celebrantes f. mibi 475. Salzedo suprà. Idem statuit Clem. VIII. in sua constitutione edita 5. Decembris anno 1601. incipiente, Etsi alius, cuius meminit Farin. q. 193. n. 39. Et merito hæc poena puniri debet; quia est nefas omnino grauissimum, quale antiqui Pontifices nunquam committendum præsumpserunt, & forte ob eandem causam huic crimini poenam non statuerunt, vt dicit Bernard. Diaz præf. dict. c. 12. in princ. Sed cum his temporibus malitia hominum creuerit, & in omne malum, scilicetque propendat, aliqua poena graui coerceri iustissimum fuit. Dixi poenam mortis huic crimini imponendam esse, vbi constitutiones Pontificiæ receptæ sunt: quod dixi, quia in Inquisitionibus Hispaniæ video supra dictas Bullas quoad relaxationem cutiæ seculari ob huiusmodi crimen receptas non esse; ac proinde solum poena arbitraria sic delinquentem esse puniendum, sic Bernard. Diaz allegato loco, & Menoch. suprà casu 320. num. 14. Hæc autem poena arbitraria regulariter est in actu publico, abiurata de leui, flagellis card. & tritribus addici, & ab ordinibus perpetuo priuari. Aliquando hæc poena minuitur, & in exilium, & pecuniâ conuertitur, tum si delinquentis nobilitas sit, neque in actu fuit specialis malicia